Fil. gr.

Jahresbericht

L. 26.

des

Königlichen Katholischen Gymnasiums

zu Calogau

für das Schuljahr 1851 52,

womit

zu der am 13^{ten} August zu haltenden

difficulticulter Britishes aller Manascul

and

der auf den 14^{ten} August festgesetzten

13885

Schlussfeierlichkeit

alle Gönner und Freunde der Anstalt

gehorsamst und chrerbietigst einladet

Ibr. Eduard Westzei.

Director des Gymnasiums, Ritter des Rothen Adlerordens IV. Klasse,



Inhalt:

- 1) Observationes criticae in Apollonii Rhodii Argonautica. Vom Oberlehrer Eichner.
- 2) Schulnachrichten. Vom Director

Glogan. 1852.

Gedruckt bei Carl Flemming.

1.058.



÷

Observationes criticae in Apollonii Rhodii Argonautica.

In Apollonii Rhodii Argonauticis et emendandis et interpretandis quamvis praeter alios maxime Brunckius, Beckius, Wellauerus tam egregiam consumpserint operam, ut, quae multa antea fuerint aut dubia aut obscura aut omnino corrupta, certa aut perspicua aut in pristinam integritatem restituta videri possint: tamen inter omnes, qui hujus poëtae periti sunt existimatores, constat, post illorum virorum studia nondum omnia jam absoluta et omni ex parte perfecta esse. Quod non mirum esse potest, quum poëtae opera multis de causis diutius in doctorum scriniis jaceant, quam in manibus teneantur. Argonauticorum enim libri quattuor, nulla adhibita expositionis arte, fluvii instar, qui aquas a fonte usque in mare placido delapsu demittit, uno tenore omnia, quae, quum Argonautae ad vellus aureum ab Aeëta petendum iter facerent eoque adepto retro vela darent, facta sunt, tam simpliciter tradunt, ut ab eo, qui unquam Homeri opera in manibus habuit, propter multas fabulas scitu dignas exornatasque regionum descriptiones insertas tantummodo pervolvantur. Si, ut exemplo utar, Apollonii Jasonem cum Homeri in Odyssea Ulixe compares, eheu, quod discrimen, quamquam uterque, Jason in Argonauticis, Ulixes in Odyssea, primis funguntur partibus, inter eos invenias! Illic lectoris animus non tangitur, hic misericordia concitatur; illic simplex et paene frigida rerum gestarum narratio, hic artificiosa et lucida expositio; illic oratio consilio elaborata et placida, hic nativa et fervida. Quam ob rem nunquam fiet, ut poëta dilectis annumeretur scriptoribus. Accedit quoque, quod Apollonii sermonem ab Homeri loquendi genere, quamquam utrumque inter se consimile est, tamen multum differre negari nequit. In Argonauticis comprehensio et ambitus verborum multo est contractior et brevior, sententiarum nexus quaesitior et artificiosior, ipsi versus minus numerosi, vel nominum verborumque, maxime vero particularum usus ab Homerico longe recedit. Hae vero res omnibus Alexandrinis poëtis propriae sunt, qui antiquiores magis doctrina quam ingenio superabant. Inter omnes vero aequales Apollonius longe eminebat ingenio et Argonauticis denuo diligenter elaboratis

tantam sibi pepererat gloriam, ut, qui in Callimachi locum bibliothecae praefectus Alexandrinae succederet, a Ptolemaeo Epiphane solus haberetur dignus.

Duplicem Argonauticorum fuisse recensionem satis docent scholia et Gerhardii lectiones Apollonianae. Quam ob rem multa in textu exorta sunt vitia, quia, quum saepe scholia duplicis recensionis lectiones exhiberent, librarii ex arbitrio hanc illamye sibi elegisse et in textum inseruisse videntur. Id quod eo maxime probabile est, quod codices Parisini, quamquam in universum cum reliquis conspirant, mirum in modum singulis locis ab iis discrepant. Scholia, quae hodie habemus, ex iis commentariis excerpta sunt. quibus Argonautica et Apollonii aequales, ut Charon quidam, qui in scholiis ad libr. II. vers. 1054 ηχαί Χάρων, αὐτου του Απολλωνίου χνωρίμος, (εν τω Περι ίστορίων του 'Απολλωνίου.)" commemoratur, et postea Irenaeus, qui textum et emendasse et interpretatus esse videtur, cf. schol. ad libr. I. vers. 1299 "zau Ειρηναίος εν πρώτω Ιπολλωνίου," H. 127, 1015, Lucillus Tarrhaeus, Sophocleus, Theon, qui tres primo exeunte post Apollonium saeculo vel ineunte secundo actatem egisse videntur, illustrarunt cf. schol. ad Aristoph. Nubes, vers. 397 et, ut poëtae cogitationes nonnunquam recte assequamur, maximi sunt momenti, quia multas res et ad mythologiam et historiam et geographiam pertinentes, aliunde nonnotas, interpretantur. Sunt enim scholia Florentina et Parisina, illa potissimum res auctoribus laudatis illustrant, haec vero magis vocabula et sententias interpretibus interdum non citatis amplectuntur. His scholiis saepe codicis bonae notae auctoritatem in constituendo textu propter antiquitatem haud immerito tribuere licet. Tamen etiam fieri potuit, ut ex illis primi saeculi post Apollonium commentariis, quos nonnunquam etiam primae recensionis lectiones exhibuisse dixi, maxime ex Charontis, postea complures lectiones variae in codicum textum irreperent, ut libr. II. vers. 381, ubi omnes post Brunckium editores duos versus, qui ex interpretatione vel inter lineam vel margini exemplaris adscripta exorti viderentur, ejiciendos esse censuerunt, sed de his versibus infra plura disputabuntur.

Ceterum Brunckius, qui, quum fortuito in codices Parisinos valde interpolates incideret, maxima sagacitate lectiones ita comparatas, ut eas haud dubie a librario profectas primo statim obtutu intelligas, recepit et defendit, in alios editores, etiam in cautissimum Wellauerum, tantam nonnunquam exercuit vim, ut multos locos suspectos aut plane corruptos haberent, qui, Apollonii loquendi genere accuratius observato, sani sunt. Inter quos imprimis ii referendi sunt, ubi idem vel cognatum ejusdem stirpis vocabulum bis in uno duobusve continuis versibus positum est, in quibus praecedente Brunckio editores corruptelas latere suspicati sunt, cf. I. 234. edit. Wellauer. annotat. Sed Apollonii est mos, ut non solum versus, sicuti Homerus fecit, et phrases quasdam diversis locis repetat, sed etiam eadem vocabula bis ponat, ubi vero ne idem vocabulum semper eadem notione

positum accipias, caveas. Alii errores in textum irrepserunt, quod editores codicibus non examinatis sed enumeratis tantum lectiones constituerunt, id quod etiam Wellauerus, qui nunquam a codicum auctoritate nisi coactus ad conjecturam confugiebat, peccavit. Si semper Mediceum secutus esset et, ubi etiam ille haud dubie corruptus est, conjecturam ad ejus scripturam appropinguantem fecisset, veram lectionem saepius invenisset, quam quum Parisinos, libros manuscriptos omnium pessimos, secutus est. Qua de re praeclare Merkelius in Antiquitatis annalibus a Bergkio et Caesare anno MDCCCXXXXIII. editis, pag. 334. "Es begreift fich wohl, wie herausgeber des Apollonius, die die eben gemachten Bemerkungen nicht machten, fast in jeder schwierigern Stelle eine bequeme Auswahl unter ben gubauf gebrachten Lesarten batten und dabei noch mancherlei erübrigen konnten, um Taschenspielerstücklein mit der doppelten Necension auszuführen. Ber aber an Obiges glaubt, ersieht zunächst den Berth bes Mediccus aus der Ungulaffigfeit der übrigen Codices. Den ganzen Antheil des Mediceus am Tert in ber oben angebeuteten Weise barguthun ift jett meine Absicht nicht. Es kommt mir mehr barauf an, im Allgemeinen ber Kritik bes Apollonius eine andere Richtung zu geben, fie von der oberflächlichen, unproductiven Manier, in der fie befangen ift, in die alten ehrenfesteren Babnen gurudzulenken. Dagu bienen zwei praktifche Cape, Die gur Noth ichon aus bem blogen Alter des Med, fich ergeben wurden: 1) alle Lesarten des Med., die irgend vertheidigt werden tonnen, find keiner vermeintlichen Majorität anderer Sandschriften aufzuopfern, find durch tein fubjeftives Urtheil angutafien; 2) bei dem Med. ift auch zu verharren, wo Schwierigfeiten eintreten: je größer biese find, besto mehr ist trügerische Bulfe anderer Sandschriften nach bem aus S. 1 gewonnenen Manfstabe ber Interpretation zu prufen; furz, eine rechtschaffene Conjectur auf bem Grunde bes Med. ift mehr werth, als eine Pfeudoautorität." - Hanc Merkelii sententiam me quoque in his locis emendandis secutum esse fateor. Quum idem Merkelius I. I. de codicum auctoritate multa disseruerit, hac de re aliquid addere supervacaneum duxi.

Libr. 1. vers. 94:

"Πηλεύς δε Φθή ένι δωματα ναίε λιασθείς

Quum Wellauerum, qui ad hunc versum "¿rī scribendum et cum verbo conjungendum esse, ne praepositio a substantivo male caesura disjungatur", subtiliter annotavit, hac in re nullam certam rationem secutum esse viderem, oblata hoc versu occasione pauca hac de re, quantum fieri potuit, disputare mihi in animo erat. Sunt enim complures loci, ubi post substantivum praepositionem bisyllabam positam animadvertis, quae num ad substantivum praecedens, an ad verbum sequens, an ad quoddam attributum, ut grammatici dicunt, pertineat, propter caesuram inter substantivum et praepositionem intercidentem omnino dubium esse potest. Wellauerus praepositionem modo ad substantivum praecedens, modo ad sequens vel verbum vel attributum referendum esse voluit eamque ob rem

aut ultimae praepositionis syllabae aut paenultimae apicem apposuit. Loci, qui dubii videntur, sunt hi: lib. l. 121,

Αιολίδης σταθμοισιν έν Ιφικλοιο Μελαμπους.

lib. I. 148,

Σπαρτηθεν τους δ' η γε δόμοις ενι Τυνδαρεοιο.

lib. I. 788,

ένθα μιν 'Ιφινοη αλισμώ ενί παμφανόωντι.

lib. III. 57.

ήδη γαρ ποταμώ ένι Φάσιδι νηα κατισχει.

lib. IV. 988,

Δηω γαρ κείνη ένι δη ποτε νασσατο γαίη.

lib. IV. 1689,

κείνο μέν ουν Κρητη ένὶ δή κνέφας ηυλίζοντο.

Apicem his locis paenultimae praepositionis syllabae attribuendum esse, duplici ratione, altera ad grammaticam, altera ad numerum spectante, demonstrabitur. Ex illis, quos laudavi, locis versus libri primi 94 accuratius contemplandus est, num ἐνί praepositio, quamquam caesura a substantivo disjuncta videtur, ad verbum, an ad substantivum referri possit. Quum jam supra commemoravi, Apollonium potissimum Homerum, quantum fieri potuit, in dicendi genere secutum esse, etiam ab eo, qui illius Argonautica emendanda sibi sumpsit, ubi aliquid vel incertum vel dubium sit, Homeri dictio semper respiciatur necesse est. Est igitur etiam hoc loco videndum, num sit Homericum: Φότη ἐνὶ δωματα ναῖε", ita ut ἐνί ad ναῖε referatur; quod nego, nam Homerus, ubi οἰχία vel δώματα accusativum cum verbo ναίειν conjunxit loco addito, quo habitaculum erat, semper ἐν praepositionem ad substantivum illum locum denotans apposuit neque unquam verbo ἐνναίειν composito usus est, ut Il. VII. 221, "σχυτοτόμων ὄχ ἀριστος, "Υλη ἐνι οἰχία ναίων."

Odyss. XX. 288,

"Κτησιππος δ ονομ έσκε, Δαμη δ' ένι ολκία να*ιεν*."

Odyss. IV. 798,

"την Ευμηλος οπυιε, Φερης ενι οικία ναίων

Unus tantummodo exstat locus, qui quandam prae se ferat speciem, ut praepositio $\dot{\epsilon}\nu$ ad verbum referenda esse videri possit.

Odyss. I. 50 et 51:

"νήσω εν αμφιρύτη, ὅτι τ ὁμφαλός εστι θαλάσσης. νῆσος δενδρήεσσα, τεα δ' εν δωματα ναίει."

Ubi ne quis objiciat, $\epsilon \nu$ praepositionem ad $\nu \alpha i \epsilon \iota \nu$ ita pertinere, ut cum verbo in unam coalescat notionem et tmesi sola a verbo sejuncta sit, haud verendum est. Ibi enim

έν praepositionem meri adverbii fungi munere nostroque vocabulo "trauf" respondere manifestum est. Sic etiam Nitschius in notis ad Homeri Odysseam datis pag. 17. accepisse videtur scribens "τα δ' ἐν (νησω) δωματα ναίει", qui locis "Odyss. IV. 798 et 811; XXIV. 303" citatis lectorem admonere voluit Homerum ναίειν verbo aut semper dativum loci cum ἐν praepositione conjunctum, aut δωματα νεl οἰχία accusativum solum apposuisse. Ab hoc Homeri usu in eo tantummodo discedit Apollonius, quod etiam composito verbo ἐνναίειν cum accusativo semel usus est 1. 1076. Κυζιχον ἐνναίοντες Ιάονες", sed nunquam conjunxit τινί τόπω δώματα ἐνναίειν. Itaque hoc loco ἐνί praepositionem ad substantivum referendam neque cum verbo conjungendam, ideoque ἕνι scribendam esse, ex iis, quae allata sunt, facile apparebit. Libr. IV. vers. 1689 ἐνι scriptum est, quamquam ad verbum αὐλίζομαι referri nequit, quia composito verbo et Homerus et Apollonius omnino abstinuerunt. Etiam illis locis, quibus praepositionem attributum quoddam sequitur, paenultimae praepositionis syllabae apex apponendus est, quia a praepositione substantivum et non attributum regitur, id quod editores in Homeri operibus ubique jam observarunt, cf. Odyss. XIII. 696 "γαιης απο πατρίδος."

Nunc quaerendum videtur, num in numero caesura tantam exerceat vim, ut vocabula arcte conjungenda disjungantur. Qua in re primum videndum est, num caesura praepositio, si substantivo antecedit, ab eo disjungatur. Quod si fieret, necessario etiam, si substantivum sequeretur, ab eo separari posset. Sed praepositionem a substantivo non disjungi his exemplis allatis videmus.

Hom. Il. XIII. 556:

"Oi uèv γαρ ποτ ανευ δηίων ην, αλλα κατ αυτους — στρωφατο." Il. XV. 607:

"αφλοισμός δὲ περι στομα γίγνετο, τω δέ οι οσσε.""

Il. 1. 53:

"Εννημαο μέν ανα στυατον ωχετο χηλα θεοίο."

Argonaut. I. 1214. Neque alias particulas, quae cum antecedentibus arctissime cohaerent, caesura unquam ab iis separavit; ut $\tau \varepsilon$ particulam Argonaut. I. 261.

"ήδη δέ δαωες τε πολεις δαωαί τ αγέροντο."

Argonaut. 1. 811; 819; II. 142. et saepissime.

• et $\pi \epsilon \rho$ particulam, Argonaut. I. 675; 767; 813; 896 et saep.

Itaque ex his satis elucet, caesurae eam vim non esse, ut notiones arcte cohaerentes separet, etiam, quum praepositio substantivum sequitur, ad illum referendam esse ex Hom. Il. IV. 384. intelligitur.

Nicandri Alexipharm. 108.

"καί τε σύ, τ καρυης απο δακρυον, η αταλαμνου."

Ex his, quae allata sunt, satis perspicuum erit, omnibus his locis praepositionem ad praecedens substantivum pertinere, neque caesura ab eo disjungi, quae si tantam haberet vim, sicuti orationis, ita numeri partes separaret ideoque numerum everteret.

Libr. I. vers. 239:

αμφί δε λαων

πληθυς έπευχομένων αμυδις θέεν.

Vulgatam lectionem corruptam esse Wellauerus bene intellexit, quod ultima $\pi\lambda\eta\varthetav_{\mathcal{S}}$ substantivi syllaba contra epicorum poetarum usum correpta est. "Itaque non dubitandum est, inquit ille, quin locus emendandus sit, quod facile fieri poterit, aut $\pi\lambda\eta\varthetav_{\mathcal{S}}$ έπερχομένων, aut $\pi\lambda\eta\varthetav_{\mathcal{S}}$ έρχομένων scribendo, quod placet Wernickio. Sed quum incertum sit, utrum praestet, nihil mutare malui." Quarum nulla lectio, quamquam, quod ad numerum spectat, probabiles sunt, in textum recipienda videtur, nam $\pi\lambda\eta\varthetav_{\mathcal{S}}$ in omnibus codicibus certo scriptum fuisse et accentus et forma jonica ab epicis poetis maxime usurpata satis docent. Ad quod accedit, quod $\pi\lambda\eta\varthetav_{\mathcal{S}}$ voce Apollonius prorsus abstinuit. Altera autem $\pi\lambda\eta\varthetav_{\mathcal{S}}$ έρχομένων recipi nequit, quia έπί praepositio negligitur, quae, nisi tale quid in manuscriptis exstitisset, a librariis non exarata esset. Igitur pro $\pi\lambda\eta\varthetav_{\mathcal{S}}$ έπερχομένων olim $\pi\lambda\eta\varthetav_{\mathcal{S}}$ επερχομένων, ut jam Meineckius ad Theocrit. XXI. 49. voluit, scriptum fuisse eo verisimilius est, quod haec lectio et ad codicum scripturam proxime accedit et numero etiam satisfacit, et quod Argonautarum alacritatem et inflammationem animorum fortius denotat. Ceterum etiam libr. IV. vers. 211: $\pi\epsilon\pi\epsilon i\gamma\epsilon\tau$ δ' εἰρεσίη $v\eta v_{\mathcal{S}}$ -σπερχομένων. Argonautae $\sigma\pi\epsilon \varrho\chi o\mu i\nu v_{\mathcal{S}}$ -σπερχομένων. Argonautae $\sigma\pi\epsilon \varrho\chi o\mu i\nu v_{\mathcal{S}}$ -σπερχομένων Argonautae $\sigma\pi\epsilon \varrho\chi o\mu i\nu v_{\mathcal{S}}$ -στερχομένων vocantur.

Vers. 267:

"πέφραδεν, οί δε σίγα κατηφέες ήειροντο "

Sic omnes codices et editiones veteres praeter Vat. B, qui oi δ' αίψα. et edit. Paris. et Steph., quae οί δαί exhibent. Brunckius vulgatam scripturam retinendam esse duxit, quod littera σ eadem vi, qua litera ρ, saepe polleret; veteres pronuntiasse οἱ δεσσιγα. Cum eo consentiunt omnes editores et Gerhardius in lect. Apollon. pag. 44 et 121. et Jakobsius in Animadvers. in Anthol. Graec. HI. 3. pag. 781, qui haec scripsit: "Et certe δὲ producitur, non solum ante μ saepissime, verum etiam ante σ, ut apud Apoll. Rhod. I. 267, et ante vocalem Hom. Odyss. IV. 454: "ημείς δὲ ἰαχοντες." Syllabam brevem ante liquidam produci manifestum est, quia liquidae facile geminari possunt; num vero σ littera eandem ubicunque habeat vim, dubium est. Heynius quidem brevem vocalem ante sibilum produci pro certo habuit et Hom. II. XVII. 463: "Δλλ ουχ ψοεί φωτας. ὅτε σενοιτο διώχειν." emendavit, quamquam ibi aliquot codices et editiones ἐσσεναιτο et talia exhibent, cf. XXIII. 198: "υλη τε σενοιτο, ubi υλη τ' ἐσσεναιτο in libris etiam optimis est. His, quos laudat, locis brevis syllaba semper in arsi est eoque facilius producitur.

*

Quam ob rem Heynius ibi $\sigma \epsilon \nu \alpha \alpha \tau \sigma$ recte restituit, quia σ littera, quum character, ut grammatici dicunt, futuri vel aoristi primi aut in dativo plurali est, geminatur, sed quum stirpis vocabuli est, nusquam geminatam reperias. In arsi etiam apud Apoll. II. 415:

ultima παρά praepositionis syllaba ante sibilum propter arsin et non propter σ geminatum producta est, qua productione offensus Hermannus ad Orph. pag. 706. aut χεν πάρ σεο aut χε παραί σεο legendum putavit, sed παραί voce poetas non videri dixisse Gerhardius pag. 123 notavit. Itaque exempla, quibus syllaba brevis in arsi ante σ litteram producitur, exstant, sed ne unum quidem, quo illud in thesi factum comprobes. Hanc ob causam lectio vulgata σοί δὲ σῖγα non retinenda, sed commutanda est, aut cum ea, quam dedit Wernickius ad Tryphiodor. pag. 399, quae eo commendatur, quod Apollonius, si quid celeriter factum vult, per αῖιγια δὲ ad priora annectit ut 1. 15 αῖιγια δὲ πον γ ὲσιδών — 1. 439, 842, 1051 et alias, et quod apud Nonn. Dionys. XXXIV. 101. quodammodo comprobatur; aut cum οί δ΄ άρα σῖγα, quod Bernhardyo cf. Grundriß der griechifchen Literatur pag. 235. debetur et maxima propter οί pronomen codicum auctoritate nititur.

Vers. 515 - 519:

• τοιην σφιν ένελλιπε θελατύν ασιδης.

ουδ' επι δην μετέπειτα αερασσαμενοι δη λοιβας,

η θέμις έστι, τέως επί τε γλασσησι χεοντο

αὐθομεναις, υπνου δε δια ανέφας εμνωοντο. —"

Optimi plurimique codices exhibent $\tau o i o v$, pauci iique maxime interpolati $\tau o i i p v$; inter ϑ έλχτον, ϑ έλχτην, ϑ έλχτυν, ϑ έλχτυν et inter α οιδην, α οιδη, α οιδης fluctuant codices. Mediceus habet τοιον σφιν ενελλιπε θέλατιν αοιδης. Brunckius, Beckius, Wellauerus ediderunt $\tau_{O(1)V}$ $\sigma_{G(1)V}$ $\dot{v}\dot{v}\dot{v}\dot{k}\lambda i \tau \varepsilon$ $\vartheta \dot{v}\dot{k}\lambda i \tau \varepsilon$ Brunckius, ut hanc scripturam defenderet, censuit substantiva jonica, quae in v_S exeant, ultimam syllabam quandoque corripere. cf. Eurip. Hippol. vers. 228. Quae vir doctissimus de tragicis poëtis recte praecepit, ca etiam apud epicos, quorum recentissimi tantummodo in talibus rebus ab usu Homerico recesserunt, cf. Spitzner, de vers, heroic, pag. 67, et Wernick, ad Tryphiod, pag. 322, omnino valere postulare nequit. Ad suam sententiam stabiliendam laudat ex Argonaut. libr. I. vers. 238 ηπληθυς ἐπεργομενων", sed versum corruptum esse et in πληθυς σπεργομένων mutandum jam supra demonstravimus. Brunckii igitur regula, quatenus ad poëtas epicos spectat antiquiores, infringitur. Quum θελκτύς substantivum praeter hunc versum in graecis scriptoribus nusquam inveniatur, non modo verisimile, sed, praesertim quum metrum vocabulo θελατύν inserto corrumpatur, certum esse videtur etiam hoc loco pro eo aliud huic consimile exstitisse substantivum et, quum plurimi et optimi codices in τοτον consentiant, illud vocabulum aut θέλκαρ vel θέλκταρ, quod Hesychius et Stephanus

in lexicis agnoscunt, aut θέλατρον fuisse necesse est, sub qua voce Stephanus in Soph. Trach. vers. 585 laudat:

"Θέλατοοις δ' έαν πως τηνδ' υπεοβαλωμείθα."

Θέλκας vel θέλκτας, quod et sententiae et numero satisfacit, eodem modo formatum est, quo ἄλκας, quod pro ἀλκή apud Apoll. Arg. II. 1074. Hom. II. V. 664, XI. 822 exstat. Θέλκτςον vero quum illis vocabulis frequentius fuisse videatur, contra illa ab Hesychio et Stephano sine ulla auctoritate citantur, praeferre non dubito, praesertim quum ον exitus ad νν propius accedat.

Sequenti versu in ἐπί lectione, pro qua etiam ἔτι exhibetur, non est haerendum, nam hic versus valde congruit cum loco ex Homeri Odyss. libr. VII. vers. 164, petito:

συ δε πηρυπεσσι πέλευσον οίνον επιπρησαι, ίνα παι Λιι τερπιπεραύνω σπεισομεν. — —

et pro $\delta\eta$, quod et sensus et numerus, quia in quinta sede epici peëtae semper spondeum non disjunctum posuerunt, respuit, lectio ex Vat. D. a secunda manu Act recipienda est, quam Stephanus suspicatus est, Ruhnkenius in epist. crit. pag. 283. probavit, Beckius in textum recepit. Nam quod scholiastes dicit, morem fuisse veteribus, quum cubitum irent, Mercurio linguas hostiarum offerre et vinum libare, id non tanti est momenti, ut Δct lectionem evertere possit, quum etiam ex aliis locis, ut ex Apoll. Argonaut. libr. II. 155:

"καὶ τότε μεν μένοι αυθι δια κνέφας, ελκεά τ' ἀνδοων ουταμένων ακέοντο, καὶ άθανατοισι θυηλας ρέξαντες, μέγα δόρπον εφωπλισαν οὐδε τιν ὕπνος είλε παρά κοητήρι καὶ αὶθομένοις ίεροισιν. —"

et ex Hom. Odyss. libr. III. vers. 332:

πάλλ αγε, ταμνετε μεν γλωσσας, περάασθε δε οίνον, όφρα Ποσειδάωνι και άλλοις αθανάτοισιν σπείσαντες κοίτοιο μεδώμεθα. —"

satis manifestum sit, non solum Mercurio, sed etiam aliis diis idem sacratum esse.

Maxima vero hujus loci difficultas in versu 517 inest. De quo Wellauerus: "Ut dicam, quod sentio, inquit, locus mihi ita comparatus videtur, ut nulla unquam conjectura sanari possit, deesse enim nonnulla et $\tau \dot{\epsilon} \omega_S$ et $\tau \dot{\epsilon}$ clarissime indicant." et in extrema hujus loci nota "Sed haec sufficiant ad indicandas loci difficultates, quem reliqui editores silentes et sicco pede transierunt". In libris manuscriptis nulla est scripturae varietas. Pro

[&]quot;η θέμις έστι, τεως έπι τε γλωσσησι χέοντο"

sic legendum esse censeo:

"η θέμις έςτ' αύτως, επί τε γλωσσησι χεοντυ."

Conjectura $\dot{\epsilon}\sigma\tau^{\prime}$ $\alpha\tilde{v}\tau\omega_{S}$ facile a librariis in $\dot{\epsilon}\sigma\tau\dot{\iota}$, $\tau\dot{\epsilon}\omega_{S}$ corrumpi potuit et eo commendatur, quod, quum Apollonius consueverit non solum singula vocabula, sed etiam totas phrases saepius repetere, libr. I. 692:

"αυτως η θέμις έστι, πάρος κακότητα πελασσαι." reperiatur.

Illa $\tau \dot{\epsilon}$ particula, quantum primo obtutu habere videtur offensionis, re vera non habet, nam enuntiatum $\dot{\epsilon}\pi\dot{\iota}$ $\tau \dot{\epsilon}$ $\gamma \lambda \dot{\omega} \sigma \sigma \eta \sigma \iota$ $\chi \dot{\epsilon} \sigma \nu \tau \sigma$ cum sequenti $\dot{\nu}\pi \nu \sigma \upsilon$ $\delta \dot{\epsilon}$ $\delta \iota \dot{\alpha}$ $\chi \dot{\epsilon} \sigma \alpha \varsigma$ $\dot{\epsilon} \mu \nu \dot{\omega} \sigma \nu \tau \sigma$ ita conjungendum est, ut $\tau \dot{\epsilon}$ particulae non $\tau \dot{\epsilon}$ vel $\chi \alpha \dot{\iota}$, sed $\delta \dot{\epsilon}$ respondeat; itaque sententiarum nexus copulativus, ut hoc utar, in adversativum transit, id quod maxime ibi factum est, ubi aut posterius enuntiatum vel orationis membrum fortius efferendum, aut $\tau \dot{\epsilon}$ particula nimis jam remota fuit. Hac de re cf. Herm. ad Vig. pag. 834 edit. quart. Ut apud Homerum II. V. 359:

"Φίλε κασίγνητε, κόμισαι τε με, δος δε μοι ίππους,"
hanc codicum lectionem praeuntibus Barnesio et Bentlejo Wolfius in δος τε μοι ίππους
mutavit. —

Venio ad locum ab interpretibus magis vexatum quam variis lectionibus turbatum. Vers. 936 et seq.:

"Εστι δε τις αιπεῖα Προνποντίδος ενδοθι νῆσος τυτθον από Φρυγίης πολυληΐου ἢπείροιο εις αλα κεκλιμένη, οσσον τ' ἐπιμυρεται ἰσθμος χέρσω ἐπιπρηνης καταειμένος' ἐν δε οι ακται αμφίδυμοι, κεῖνται δ' υπεο υδατος Αἰσηποιο. Αρχτων μιν καλεουσιν ορος περιναιεταοντες' και το μὲν υβρισταί τε καὶ αγριοι ναιεταουσι Γηγενέες, μέγα θαῦμα περικτιόνεσσιν ἰδέσθαι."

Vers. 941 consentiunt omnes codices in "Αρχτον lectione. Omnibus post Brunckium editoribus tria inesse visa sunt his versibus menda, primum in "Αρχτον, alterum in μιν pronomine, quod non habet, quo recte referatur, tertium denique in ναιετάουσι, quod numerum pessumdat. Scriptura vulgata servata illud μιν pronomen ad αιπεία νῆσος tantum referri potest, ad quod etiam scholiastes retulit "Το δε "Αρχτον δε μιν προς το αλπεία αναφέρεται. Τὴν γαρ τοιαύτην αἰπείαν νῆσον "Αρχτον ὅρος καλουσιν οι περίοικοι." sed editores hac scholiastae annotatione impugnata montem non "Αρχτον ὅρος, sed "Αρχτων ὅρος et insulam totam "Αρχτων νῆσον vocandam esse statuerunt atque hoc ita sese habere ex Strabone et Apollonio ipso libr. I. 1150 demonstrare sibi visi sunt. Quodsi

verum esset insulam "Αρχτων νήσον vocatam esse, etiam unum pluresve versus, quibus utraque insulae pars et planities et mons accuratius describeretur, excidisse recte suspicarentur. Itaque ne ad conjecturam confugiendum sit, primum demonstretur necesse est scripturam "Αρχτον vulgatam non corruptam esse et montem "Αρχτον ορος et non "Αρχτων ορος nomen habuisse. Scholia hujus loci, quae, quamquam ex diversis fontibus fluxerunt, tamen in codem omnia consentiunt, quum Parisina "καλουσι "Αρχτον το ορος" et Florentina , Ταύτη ουν τη γερόονησω παράχειται Αρχτον ορος, χυρίως ουτω λεγόμενος." exhibeant, satis demonstrant montem "AOXTOV 0003 vocatum esse. Quod Brunckius ad rem decernendam Strabonem testem adducit pag. 862, zαλειται δ' αρχτων ήρος multum ponderis habere non potest, quia l. l. in codicibus Strabonianis, Ambrosiano 53, Mediceo 19 ἀρχτον, in Paris. 1398 et Venet. 379 αρχτώον exaratum est. Itaque ex hoc loco. quia lectiones variant, pro certo haberi nequit in Apollonio ἄρχτον in ἄρχτων mutandum esse. Ex ipsis fabulis, quas de nominis origine apud veteres exstitisse scholiastes commemorat. , επειδή φασι τας τροφούς του hoς έχει διατριβούσας είς αρχτούς μεταβλήθηναι ή ότι ο τόπος ενθηρος, και από του θηρίου της αρκτου ωνομάσιτη η δια το υψηλὸν του ὄρους, απο του δοχεῖν ταις αρχτοις προσπελαζειν ταις αστρωσις." modo αρχτων ορος, modo αρχτον όρος nomen fuisse conjicias. Hanc ob causam etiam alteri editorum testimonio ex Apollonii Arg. libr. I. 1150 petito, ubi ουρεσιν "Αοχτων scriptum est, non multum tribuo, quia etiam ibi apztor, fortasse pro apztor, alia lectio est et quia poeta ex thesauro suae reconditae eruditionis, ut eam ipsam ostentaret, diversis locis ad diversas etiam fabulas respicere potuit. At sicuti Taurus, ut hoc exemplo utar, non solum montem, sed etiam continuum montium jugum denotat, ita etiam auxtoc monti et illi montium jugo, quod in insula continuum est, nomen induere potuit.

In sequentibus vero poëta illud $\tau \delta$ $\mu \epsilon \nu$ ad montem solum pertinere, neque de tota insula intellectum volebat. Aliquot versus hoc loco excidisse, quibus insulae partes accu-

ratius describantur, hanc ob causam non verisimile est, quod in his sequentibus versibus et montis et planitiei descriptio sequitur, montis his verbis και το μὲν, planitiei ἰσθμον δέ. Exeunte versu 942 ἀγριοι ναιεταονοι claudicat numerus. Brunckius et Beckius pro ναιεταονοι receperunt Bentleji conjecturam, quam in annotatione ad Callimachi hymnum in Jovem vers. 87. dedit αμφινεμονται. Hanc recte repudiavit Wellauerus, quum αμφινέμονται propter litterarum dissimilitudinem a librariis legi non potuisset et vers. 947. statim repeteretur. Probabiliorem ipse proposuit scripturam; pro ναιετάονοι, quod librarii ex superiori versu facile exarare potuerunt, ἐνναίονοι scriptum voluit.

Vers. 238 et 239:

"των δε κασιγνητη, οτ ένι Θρηκεσσιν ανασσον. Κλειοπατρη εδνοισιν έμον δομον ηκεν ακοιτις." —

Lectiones librorum manuscriptorum sunt duae, aut $z\alpha\sigma\iota\gamma\nu\eta\tau\eta - Kk\iota\iota\sigma\alpha\alpha\tau\varrho\eta - \eta\varkappa\iota\nu$ azot $\tau\iota\varsigma$, ubi vero in nonnullis codicibus ultimis trium illorum vocabulorum syllabis ν suprascriptum est, aut $z\alpha\sigma\iota\gamma\nu\eta\tau\eta\nu - Kk\iota\iota\sigma\alpha\alpha\tau\varrho\eta\nu - \eta\gamma\sigma\nu$ azot $\tau\iota\nu$, scriptura vulgata, aut hae duae inter se confusae sunt, ut in optimo omnium Mediceo, Vaticanis A. C. D., Vind., Vrat. accusativi cum $\eta\varkappa\iota\nu$ verbo leguntur. Quum utraque per se recta sit, inquit Wellauerus, difficilis est optio. Equidem optionem non admodum difficilem duco, quia in Mediceo et in scholiis accusativi exarati sunt et $\eta\gamma\sigma\nu$ propter formam activam epicis poëtis minus frequentatam in $\eta\varkappa\iota\nu$ facile mutari potuit. Lectionem $z\alpha\sigma\iota\gamma\nu\eta\tau\eta - Kk\iota\iota\sigma\alpha\tau\sigma\eta-\eta\varkappa\iota\nu$ azot $\iota\iota\varsigma$, quam Wellauerus, quum plurimos libros in $\eta\varkappa\iota\nu$ consentire videret, in textum recepit, hanc ob causam repudiandam esse censeo, quod hiatus exsistit, quam Apollonius non admisit, nisi in caesura, ut II. 169. et in quarto pede II. 238; deinde etiam quod $\alpha\varkappa\iota\iota\iota\nu$ $\alpha\gamma\iota\iota\nu$, etiamsi non apud Homerum, qui semper media forma $\alpha\gamma\iota\iota\sigma\partial\tau\iota\iota$ usus est, tamen apud alios scriptores, ut apud Aeschylum in Prometh. vers. 575, apud Xenoph. Cyri disciplin. III. I, 43; V. 4, 39. Anab. II. 4, 8. et apud Apoll. ipsum III. 38 occurrit.

Vers. 323;

"στοηνές δε πεοι στυφελή βοειιει απτι –

Haec scripsit Wellauerus, codicis ex numero, non dignitate ponderatis, sed lectio Med. et edit. Flor. Brub. Basil. $\sigma\tau\nu q\,\epsilon\lambda \bar{\nu}_{\ell}$ $\beta\sigma\epsilon u\epsilon\iota$ $\alpha z\tau\bar{\nu}_{\ell}$ magis se commendat, quia apud epicos poetas $\beta\sigma\epsilon u\epsilon\iota\nu$ verbum de undis, vento, igne, apud Sophoclem Antig. 592 etiam de litore usurpatum reperias. Item vers. 335 $\sigma\sigma\epsilon\epsilon\sigma\partial\alpha\iota$, vers. 338 $\sigma\tau\epsilon\lambda\lambda\epsilon\sigma\partial\alpha\iota$ scriptura Medicei recipienda est, quum etiam apud Homerum infinitivum pro imperative, similac alius praecessit, poni notum sit. Vers. 375 $u\epsilon\tau\alpha$ $\tau\epsilon$ lectio Med. Vat. A. B. C. D. Guelph. Vrat. Flor. Brub. Basil. recipienda est. $T\epsilon$ hoc loco epicorum more recte ponitur. cfr. Dr. Ed. Wentzel. de Homerico $\tau\epsilon$ particulae usu §. 8. pag. 7.

Vers. 339 et 340:

"ου γου κε κακον μουον εξαλεασθε πετράων, ουδ' εί κε σιδηρείη πέλει 'Αργώ." —

Vulgata lectio est ἐξαλέασθαι; Regg. A. C. E. Vat. A. C. D. Guelph. Vrat. exhibent εξαλέασθε et Reg. D. ἐξαλέοισθε. Vulgata lectio, quum a librariis non intelligeretur, ab aliquo magis perito in ἐξαλέοισθε facile mutata est. Locus sic scribendus est:

ου γαο κε κακόν μόρον έξαλεασθαι πετραών, ουδ' εί κε σιδηρείη πίλοι Αργώ. —

Infinitivus ἐξαλέασιθαι, quem optimus codex Med. aliique exhibent, restituendus, sed non ita interpretandus est, ut Wellauerus voluit, qui "Optime se haberet, inquit, vulgata ἐξαλέασιθαι, si versu praecedente στέλλεσθαι verum esset, penderet enim infinitivus a verbo φημί ex praecedentibus supplendo." Infinitivus vero στέλλεσθαι recte se habet, alioquin hiatus, στέλλεσθε ἐπεί, quem Apollonius hoc loco admittere non solet, vix tolerabilis est. Illud φημί, quod Wellauerus ex antecedentibus supplet, vicesimo versu ante occurrit, neque ad hunc locum, verborum constructione saepius jam mutata, subaudiri potest. Ceterum hic Infinitivus non a verbo κελεύω, quod Wellauerus ex antecedente ἐρύκω supplet, vel simili pendet, sed imperativi fungitur munere. Etiam Gerhardii sententia l. l. pag. 191 nulla codicum auctoritate freta probari nequit. Totus hic locus ita est interpretandus, ut είναι verbi optativus in enuntiato πού γάρ κε κακόν μόρον εξαλέσασθαι πετράων αν ε sequenti πούδι εί κε σιδηρείη πέλοι Αργώ subaudiatur, nam optativus πέλοι ponendus est. At si quis in forma πέλοι optativi, quum apud Homerum non in usu sit, haereat, is inspiciat Arg. I. 1343: πεί τοιόνδε πέλοι ποτέ, IV. 1656 et Pind. Pyth. I. 56.

Vers. 356:

"Παφλαγονων, τοῖσιν Ενετηίος εμβασιλευσεν πρωτα Πέλοψ." —

Sic Reg. B. marg. Guelph. Vind. edit. Flor. Brunckius, Beckius, Wellauerus; $\tau o \bar{\imath} \sigma i \nu$ $E \nu \epsilon \tau \eta i \sigma_{0}$ scriptura vulgata ex edit. Ald.; $\tau o \bar{\imath} \sigma i \nu$ $M \epsilon \nu \epsilon \delta \eta i \sigma_{0}$ Med. Vat. A. C. D. Reg. A. C. D. E. Guelph. Vrat. Vind. var. lect. in schol. Paris.; Hermannus $\tau o \bar{\imath} \sigma i \nu$ θ' $E \nu \epsilon \tau \eta i \sigma_{0}$ ad Orph. pag. 705 metri causa proposuit. Vera lectio est $\tau o \bar{\imath} \sigma i \nu$ $\mu \epsilon \nu \epsilon \delta \eta i \sigma_{0}$, nam $E \nu \epsilon \tau \tau i \sigma_{0}$ docto librario debetur. Num Pelops $E \nu \epsilon \tau \eta i \sigma_{0}$ fuerit, valde dubium est. Ab Herodoto et Sophocle vocatur $\Phi \rho i \psi \delta$, a Pindaro $A \nu \delta i \sigma_{0}$ et $K \rho i \nu i \nu i$ ab Euripide $E \nu i \nu i \nu i$ Librarius quidam doctus Pelopem et Pylaemenem, qui Enetorum gente ortus Paphlagoniis imperavit, confudisse videtur. $E \nu i \nu i \nu i$ recepto origo tantummodo indicatur et numerus claudicat, quam ob rem in Aldina $E \nu i$ particula interjecta est.

Vers. 379 et seqq.:

«τη δ' επι Μοσσυνοιχοι ομουριοι υλιεσσαν ξξείης ηπειρον, υπωρείας τε νέμονται, δουρατέοις πύγροισιν εν οίχια τεχτηναντες. κάλλινα, καὶ πύγρους εὐπηγέας, οῦς καλέουσιν μόσσυνας, και δ' αὐτοὶ ἐπωνυμοι ενθεν ἔασιν."

Sic olim in codicibus et omnibus ante Brunckium editionibus legebatur. Brunckius primus ejecit duos versus;

«κάλλινα, και πύγρους εὐπηγεας, ους καλεουσιν μόσσυνας, και δ' αὐτοι ἐπώνυμοι ενθεν εασιν."

recteque ejectos esse in annotatione critica his verbis probavit: "Margini ad vocem oixía vers. 381. diligens olim lector duos adscripserat versus, infra post vers. 1016 suo loco positos; quorum alter successu temporis descriptorum imperitia prorsus excidit, alter huc usque servatus fuit. Duo illi versus neutiquam hic locum habent et, quam etymologiam continent, eam in Phinei vaticinio ponere non debuit poeta. Vates minime λεπτολογεί, non ετυμολογες: breviter et summatim singula attingit, quae eadem postea in itineris narratione poëta tractabit uberius et exornabit. Praeterea in elaborato, correcto et ad unguem expolito poemate idem versus bis in eodem libro legi non debet nec utroque in loco a poeta positus est. Itaque conjectura, si qua alia est, non dicam solum probabili, sed certissima ductus, duos qui vulgo hic leguntur versus tanquam addititios et ineptissime interpolatos expunxi; tum post vers. 1016 versum, qui exciderat, reposui." Haec deinceps ut recenseantur, res postulat. Primum sane mirum fuisset, si lector duos versus longe infra sequentes ad vocem oixía adscripsisset, in quibus ne oixía quidem vel tale quid, quo, ut eos adscriberet, commoveri potuisset, exaratum est, contra si hi duo versus post vers. 1016 legerentur, multo verisimilius esset lectorem ex antecedentibus eos repetiisse. Quod porro Brunckius dixit, duos illos versus neutiquam hic locum habere, et quam etymologiam contineant, eam in Phinei vaticinio ponere non debuisse poëtam, non vitiosum est, nam qui attento animo totum hoc Phinei vaticinium legit, bene scit senem, qui multa perpessus et expertus sit aeque ac Phineus, in rebus enarrandis diligentem et attentum esse et, ut juvenes melius erudiantur, multa addere, quae per se quamquam non necessaria, tamen scitu utilia habeat. Itaque hoc laudi poëtae tribuendum est, quod senis orationem etiam senis naturae adacquavit et senem propter harpyias expulsas grati animi sensibus totum percussum Graecis heroïbus, ne in pericula inciderent, omnia diligentissime exponentem et docentem fecit. Quodsi ad hoc pondus, quod Brunckius constituit, omnia verba poëtae examinanda essent, multa praeterea ejicerentur necesse esset, exempli gratia vers. 358 et 359, 374, 375, 376. Quae alia a Brunckio allata sunt, pluribus refellere non

opus est, quum quisque sciat saepe apud quemlibet poetam epicum in eodem libro unum pluresve repeti versus, atque hoc etiam in Apollonii Argonauticis sieri testem hujus poetae peritissimum adduco Merkelium, qui in Bergkii et Caesaris annalibus (anni 1843) pag. 349, postquam repetitiones singulorum vocabulorum non solum in diversis versibus, sed etiam in uno eodemque enumeravit, "Endlich, inquit, wiederholt Apollonius allerdings auch ganze Stellen: etwas mehr als einen Vers I. 527 und IV. 583, zwei Verse III. 409, 410 u. 495, 496; etwas verändert IV. 1105 ff. u. 1118 ff."

